Conseruatio in vsu certorum fundor[um] in Capneatu Vislicen[si] sitor[um] Honestis Ciurlik & Mutter concessa

Sigismundus III[us] etc. Significamus etc. Quia nos ad intercessio-
nem certorum Consiliariorum nostrorum, pro Honestis Laurentio
Ciurlik & Joanne Muter, apud nos factam, ipsis pro sorte et
interesse suo, iis ad vitam dat., sive in vsu et pacifica possessione, cer-
torum fundorum et laneorum, Sluszkowstwo Maiewskie, et Mu-
trowskie, dictorum, in Capneatu Vislicen[si] sit[orum], ex quibus solita
onera & seruitia, vnus praefatus Laurentius Ciurlik, flo-
renos Triginta, alter vero, praedictus Joannes Muter,
florenos Quadraginta quinque, respectu Seruitij sui, Capneo
nro pendere, tenentur, eosdem conseruandos esse duximus.
Et quoniam illis, Priuilegia tempore pestis grassantis, su-
per praefatos fundos seruientia, amissa et dissperdita sunt
prout Protestatio coram nobis eo nomine intra fatalia
Juris facta, producta est, petitum a nobis est nomine

ips.

Conseruatio in vsu certorum fundor[um] in Capneatu Vislicen[si] sitor[um] Honestis Ciurlik & Mutter concessa.

Sigismundus III[us] etc. Significamus etc. Quia nos ad intercessio-
nem certorum Consiliariorum nostrorum, pro Honestis Laurentio
Ciurlik & Joanne Muter, apud nos factam, ipsis pro sorte et
interesse suo, iis aduitate dan[dum], siue in vsu et pacifica possessione, cer-
torum fundorum et laneorum, Sluszkowstwo Maiewskie, et Mu-
trowskie, dictorum, in Capneatu Vislicen[si] sit[orum], ex quibus solita
onera & seruitia, videlicet praefatus Laurentius Ciurlik, flo-
renos Triginta, alter vero, praedictus Joannes Muter,
florenos Quadraginta quinq[ue], respectu Seruitij sui, Capneo
n[ost]ro pendere, tenentur, eosdem conseruandos esse duximus.
Et quoniam illis, Priuilegia tempore pestis grassantis, su-
per praefatos fundos seruientia, amissa et disperdita sunt
prout Protestatio coram nobis, eo nomine intra fatalia
Juris facta, producta est, petitum a nobis est nomine

ips.

ipsorum, ut Illis Priuilegium, in vim renouationis daremus
et concederemus. Cui petitioni ipsorum nos benigne annuen[tes]
facien[dum] nobis esse duximus, et eosdem circa iura antiqua
eorum, ac Priuilegia conseruaremus, uti quidem conserua-
mus praesentibus l[itte]ris n[ost]ris, ad extrema vitae ipsorum tempora.
Quod ad notitiam omnium quorum interest, praesertim vero
Capitanei n[ost]ri moderni, et pro tempore exstantis, deducen[tes] manda-
mus, ut praefatum Laurentium Curlik et Joannem Mu-
ter, circa iura antiqua, et laneos, cum aedificiis per ipsos,
cum onere suprascripti seruitii possessos conseruent, neque ad
maiora onera, praeter ea quae in lustratione continentur, vel
ad Solutionem censuum suprascriptorum, respectu seruitii con-
stitutorum adigant. In quorum fidem etc. Datum Varsauiae
die XX Mensis Februarii Anno Domini MDCXXIX.
Regnorum nostrorum Poloniae XLII. Sueciae XXXV Anno.
Sigismundus Rex   Petrus Zeronski

Renouatio Priuilegii super certos agros

ipsorum, ut illis Privilegium, in vim renovationis daremus et concederemus. Cui petitioni ipsorum nos benigne annuen[dum] facien[dum] nobis esse duximus, ut eosdem circa iura antiqua eorum, ac Privilegia conservaremus, uti quidem conservamus praesentibus literis nostris, ad extrema vitae ipsorum tempora. Quod ad notitiam omnium quorum interest, praesertim vero Capitanei nostri moderni, et pro tempore existentis, deducen[tes] mandamus, ut praefatum Laurentium Curlik et Joannem Muter circa iura antiqua, et laneos, cum aedificijs per ipsos, cum onere suprascripti servitij possessos conservent, neque ad maiora onera, praeter ea quae in lustratione continentur, vel ad solutionem censuum suprascriptorum, respectu servitij constitutorum adigant. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae die XX Mensis Februarii Anno Domini MDCXXIX Regnorum nostrorum Poloniae XLII Sueciae XXXV Anno.

Sigismundus Rex   Petrus Zeronski

Renovatio Privilegij super certos

agros